

1252, abril, 15

*Martí de Morera, de Setcases, permuta amb Pere de Morera unes terres situades a Setcases, indrets de Rodonella i Gual, per altres terres situades als indrets de Clotells i Riu.*

ASD núm. 160, perg. orig., 120 x 205 mm. Còpia: Llibre de capbrevacions de Setcases, núm. 10, f. 12.

Sciant cuncti · quod ego Martin us de Morera de Septemcasis et uxor mea Maria, nos ambo simul per nos et per omnes nostros presentes et futuros, damus et concedimus in concambium tibi Petra de Morera eiusdem laci et tuis et cuicunque uolueris imperpetuum totam partem nostram de ipsis terris quas tecum mediatim habemus apud Redonellam et totam partem nostram de ipsis terris quas similiter tecum mediatim habemus sub ipsa Ripa de Cual, ut predictas terras de Redonella et des Cual tu et tui teneatis et habeatis ad solidum imperpetuum, cum intratibus et exitibus et cum òmnibus melioramentis suis factis et de cetero faciendis ad omnes tuas tuorumque uoluntates perpetuo faciendas, saluo iure dominorum in omnibus. Et nos et nostri erimus inde, scilicet de nostra medietate, tibi et tuis legitimi auctores et in iure deffensores de amni homine perpetuum. Quam partem nostrarum dictarum terrarum concambiamus tibi et tuis in perpetuum pro parte tua ipsius campi de Clotellis et ipsius terre de Riuo Extremer quas nobiscum habebas.

Actum est hac .XVII. kalendas madii anno Christi .MCCL. secundo.

Sig+num Martini de Morera, sig+num Marie uxoris eius predictorum, qui hoc firmamus et laudamus. Sig+num I[acobi] Ferrarii de Semptemcasis, sig+num Arnalli de Cloto de Artiga, de Mollione, sig+num Guilielmi de Serratella de Quera, testium. Sig+num fratri Raimundi de Rippis, camerarii Riuipulli, qui hoc firmo saluo iure camere\*.

Sig(s. man.)num Bernardi de Oliueta qui hoc cum litteris rasis et emendatis in .m. linea, ubi dicit "totam" scripsit. (s. man.) Guilielmus de Fornellis, publicus scriptor Campirotundi, subscribo.

Extret de: Marquès, Josep M., ed. Col·lecció diplomàtica de Sant Daniel de Girona (924-1300). Barcelona: Fundació Noguera, 1997. 325-326